Deus de Cœlo proſpexit ſuper filios hominum, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum; omnes dictaverunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum non eſt vſque ad vnum. *Pſalm. 52.*

Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum labia doloſa in corde, & corde loquuti ſunt. *Pſalm. 11.*

Non eſt in ore eorum veritas, & cor eorum vanum eſt. *Pſalm. 5.*

Vidi iniquitatem, & contradictionem in Civitate, die ac nocte circundavit eam ſuper muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniuſtitia, & non defecit de plate in eius vſura, & dolus. *Pſalm. 54.*

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filis hominum in ſtateris (*eſto es, en el juyzio de la recta razon, con la qual ſepeſa el bien, y el mal*) vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Nolite ſperare in vanitate, & rapinas nolite concupiſcere, divitiæ ſi afluant nolite cor apponere. *Pſalm. 61.*

Theſaurizat, & ignorat cui congregabit ea. *Pſal. 38.*

Contritio, & infelicitas in vijs eorum, & viam

viam pacis non cognoverunt. *Pſalm. 13.*

Al entrar en alguna Igleſia para viſitarla.

Ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ introibo in domum tuam; adorabo ad Templum Sanctum tuum in timore tuo. *Pſalm. 5.*

Introibo in domum tuam in holocauſtis, reddam tibi vota mea, quæ diſtinxerunt labia mea. *Pſal. 65.*

Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te: dum extollo manus meas ad Templum Sanctum tuum. *Pſalm. 27.*

Sancti tui benedicant tibi, gloriam Regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ Regni tui. *Pſalm. 143.*

Al viſitar el Santiſsimo Sacramento.

Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum, & caro mea exul-

exultaverunt in Deum vivum. Etenim paſſer invenit ſibi Domum, & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos. Altaria tua Domine virtutum (*ſe entiende* meus nidus erunt) Rex meus, & Deus meus. Beati qui habitant in domo tua Domine; *y porquè?* In ſæcula ſæculorum laudabunt te. *No os alabaràn como yo, que apenas lo hago por vn quarto de hora. Pſal.* 83.

Al examinar la conciencia.

PRIMERO PUNTO.

Dàr gracias por los Beneficios.

Benedic anima mea Domino, & noli oblivifci omnes retributiones eius. *Pſal.* 102. noli oblivifci, *que te ha criado*, noli oblivifci, *que te ha redimido, &c. Eſtos beneficios ſe llaman retribuciones, porque Dios nos buelve bien por mal.*

II. PUNTO.

Pedir luz.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam

miam in morte; ne quando dicat inimicus meus prævalui adverſus eum. *Pſalm.* 12.

III. PUNTO.

Diſcurrir por las acciones de aquel dia.

Proba me Domine, & ſcito cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas, & vide ſi via iniquitatis in me eſt; & deduc me in via æterna. *Pſal.* 138. *En el fin de eſte punto dezios à vos miſmo.* Nonne Deus requiret iſta Ipſe enim novit abſcondita cordis. *Pſalm.* 43.

IV. PUNTO.

Pedir perdon.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo, multum eſt enim. *Pſalm.* 24.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. *Pſalm.* 118.

Si iniquitates obſervaveris Domine, Domine quis ſuſtinebit? *Pſalm.* 129.

Non

Non intres in iudicium cum ſervo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſalm.* 142.

Averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. *Pſalm.* 50.

Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis; rugiebam à gemitu cordis mei. *Pſalm.* 37.

Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniverſa delicta mea. *Pſal.* 24. *Lo qual es alegar à Dios, por motivo de perdonarnos, aſsi nueſtra vileza, como la dificultad que ſentimos para no pecar.*

Para humillarſe en eſte quarto Punto, viendoſe tan cargado de pecados.

Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ; non eſt pax oſsibus meis à facie peccatorum meorum; quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me. *Pſalm.* 37.

Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem, multiplicatæ

catæ ſunt ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me. *Pſalm.* 79.

Repleta eſt malis anima mea, & vita mea Inferno appropinquavit. Poſuerunt me in lacu inferiori in tenebroſis, & in vmbra mortis. *Pſalm.* 87.

Dixit; & venit locuſta, & brucus, cuius non erat numerus, & comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructun terræ eorum. *Pſalm.* 104. *Lo qual ſerà conſiderar por los defectos deſamparado vueſtro coraçon de toda virtud.*

Turbatus eſt à furore oculus meus, *al verme tan cargado de defectos,* inveteravi inter omnes inimicos meos; *eſto es, entre todos aquellos defectos miſmos. Pſalm.* 64.

Para humillarſe en el Punto miſmo, viendo que no ha guardado los propoſitos hechos en la Oracion.

Ego dixi in abundantia mea non movebor in æternum: Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. *Pſalm.* 29.

Filij Ephrem intendentes, & mittentes ar-

arcum, converſi ſunt in die belli. *Pſalm.* 77.

Citò fecerunt; obliti ſunt operum eius, & non ſuſtinuerunt conſilium eius. *Pſal.* 105.

Para humillarſe en el Punto miſmo, viendo aver buelto à aquellas faltas, de que yà avia ſanado.

Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. *Pſalm.* 37.

Para no enſoberveceros, quando os parezca no hallar en vos faltas, ò que hallais pocas.

Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſervo tuo. *Pſalm.* 18.

V. PUNTO.

Proponer la enmienda.

Allevat Dominus omnes, qui corruunt, & erigit omnes eliſos. *Pſalm.* 144.

Et ero immaculatus cum eo, & obſervabo me ab iniquitate mea. *Pſalm.* 17.

Ipſe

Ipſe Deus meus, & ſalutaris meus; ſuſceptor meus non movebor amplius. *Pſalm.* 61.

Para proponer de nunca ſoſſegarnos, haſta que ayamos vencido del todo nueſtras paſsiones.

Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non convertat donec deficiant. *Pſalm.* 17.

Para dàr gracias à Dios de los buenos propoſitos, que hallarèmos en el examen averlos cumplido.

In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi, quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu, vt placeam coram Deo in lumine viventium. *Pſalm.* 55.

Impulſus everſus ſum, vt caderem, & Dominus ſuſcepit me. *Pſalm.* 17.

Para

Para pedir la miſma conſtancia para en adelante, para no dàr guſto al Demonio.

Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt non moveantur veſtigia mea. *Pſalm.* 16.

Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori, cogitaverunt contra me; ne derelinquas me, ne forte exaltentur. *Pſalm.* 138.

In hoc cognovi quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me. *Pſalm.* 40.

Qui tribulant me, exultabunt, ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperavi. *Pſalm.* 12.

Non dicant in cordibus ſuis, euge, euge; nec dicant devoravimus eum. *Pſal.* 34.

Para ofrecer à Dios los meritos de vueſtros hermanos à falta de los vueſtros.

Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua. *Pſal.* 118.

Al

Al componerſe quietamente para dormir con moral eſperança de eſtàr en gracia de Dios.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrimis, pedes meos à lapſu. *Pſalm.* 114.

In pace in idipſum dormiam, & requeſcam, quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. *Pſal.* 4.

Lætatum eſt cor meum (*al penſar en Dios*) exultavit lingua mea (*alabar à Dios*) in ſuper, & caro mea requiſcet in ſpe. *Pſalm.* 17.

PAR-